

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9031

**Auteur(s) :** Marie, fille de Ruellan Bastard [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1163, décembre

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Marie, fille de Ruellan Bastard, à la mort de son mari Turgis des Ferrières, entre comme moniale à Mortain avec l'accord de Raoul de Fougères et de son oncle paternel Richard Bastard. Avec leur accord, elle apporte en don tout ce qu'elle possédait dans la paroisse de Savigny et dans celle de Landivy, c'est-à-dire la moitié du fief de son grand-père Guillaume Bastard. Elle abandonne également son droit d'aînesse à l'abbaye de Savigny de qui son oncle Richard Bastard reçoit le fief. Ces donations, faites en octobre 1162 devant la porte de Savigny, ont été confirmées plus tard devant la cour du roi à Mortain en présence de Robert Bucherel. Richard Bastard, après la mort de sa femme, désirant devenir moine à Savigny, donne à Savigny avec l'accord de sa sœur et de ses neveux tout son fief de la paroisse Savigny, donation faite dans le nouveau scriptorium de l'abbaye, et rapportée à Mortain à la cour du roi devant Robert Bucherel. Les neveux de Richard Bastard promettent de garantir cette donation et reçoivent des contre-dons.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Bibl. mun., collection Leber, 3122, n° 4.

### Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, *Le chartier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrincensis*, édition inédite, p. 56-60.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (*Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi*, n° XXX)

### Texte d'après A

Quod pro posteorum nostrorum utilitatibus agimus ad ipsorum noticiam pervenire preoptamus. Noverint igitur tam ipsi quam cuncti fideles et presents et posteri quod Maria filia Ruellonis Bastardi, defunct viro suo Turgisio de Ferreriis, nolens iterum nubere, petiit a Radulfo domino Filgeriarum et a Ricardo Bastardo patruo suo quatinus suis precibus impetrarent a Willelmo abate et a monachis Savigneii fieri ipsam monacham in domo Sanctimonialium Moretonii. Radulfus ergo Filgeriensis dominus ejus petitionibus annuens, volente et petente predicto Ricardo patruo ipsius puelle, dedit eam in manus abbatis Savigneii et cum ipsa dedit in elemosinam, ipsa principaliter dante et Ricardo patruo ejus concedente, omnia que ad eam jure hereditario pertinebant in parochia Savigneii, dimidium scilicet et feodium Willelmi bastardi avi sui tam in terries et hominibus quam in ecclesia et decimis et in omnibus

omnino rebus, except quod ipsa et monachi Savigneii Richardo Bastardo cui altera medietas ejusdem feodi remanebat dederunt quartam partem molendini de Samis et quamdam masuram que vocatur Renoarderia. Dedit insuper ipsa, concedente patruo suo, quicquid ad se pertinebat in parrochia Landevici, dimidium scilicet feodium Guillelmi Basardi quod est una masura in cimiterio Landevici et medietas terre que vocatur Macerie et medietas durorum quarteriorum de terra Telleii, illius scilicet quarterii quod vocatur quarterium Bastardi et illius quod emit Willelmus Bastardus a Goislino de Poeio, quod quarterium monachi Savignei super X libras et X solidos andegavensium in vadimonio habebant a Guillermo Bastardo et a filiis ejus Ruellone et Ricardo. Dedit etiam monachis Savigneii sepedita Maria, concedente Ricardo patruo suo, concedente etiam Radulfo de Filgeriis quantum ad se pertinebat, jus primogeniti super patrum suum Ricardum et super totum feodium ipsius ; quod videlicet jus primogeniti ipsa et pater ejus prius habuerant. Pro concessione vero omnium donacionum istarum habuerunt de caritate ecclesie Savigneii X libras cenomannensium Ricardus Bastardus patruus predice Marie et Guillermo de Ferreriis pater Turgisi qui fuerat maritus prefate Marie pro quibusdam expensis quas, ipse dicebat et Ricardus ei testabatur in acquisitione terre illius antea posuerat. Facta est autem ista donatio tam puelle qual hereditatis sue a Radulfo de Filgeriis et ab ipsa puella ante portam monasterii Savigneii anno ab Incarnatione Domini 1162, mense octobri, testibus istis : Guillermo de Filgeriis, Eudone et Hamelino fratribus ejus, Roberto de Fontaneto, Bessirardo de Serlans, Ricardo de Poeio, Ricardo Juhello, Alano frater ejus, Joslino presbitero de Romagneio, Balduino de Romagneio, Ernaudo Perdrice, cum multis aliis clericis et laicis et monachis, ubi et Ricardus Bastardus in presentia domini Radulfi et ceterorum juravit super sanctum evangilium tam de ista re quam de omnibus aliis rebus monachis Savignei se fidelitatem servaturum a quibus et ipse ibi tamquam a dominis primogenitis suis recepit totum feodium suum. Deinde vero posita puella in domum sanctimonialium Moretonii Ricardus Bastardus cum monachis veniens Moretonium in curiam regis in presentia Roberti Bucherelli et baronum ad recordationem monachorum testificatus est et concessit prefatam donationem et totam hujus actionis sicut enarrata est seriem. Teste Jordano de Cuvis, Rogero de Milleio, Stephano de Huccon, Henrico fratre ejus, Guafrido de Parrigneio et multis aliis. Roberto vero Bucherel misit Rogerium de Oisse ministrum suum cum aliis ad domum sanctimonialium et audivit a sepedita puella Maria omnibus istisbse spontaneum prebusse assensum. [Non longe postea sepeditus Ricardus, defuncta conjuge sua, ipse die qua sepulta est in cimiterio abbatie Savigneii veniens in capitulum dedit in perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam tam pro anima conjugis sue quam pro sua et omnium antecessorum ac successorum suorum partem suam illius quarterii de Tilleio quod monachis in vadimonio habebant et quod emerat pater suus a Goislino de Poeio. Ad ultimum vero seprenominatus Ricardus, divina inspiratione admonitus, secularem vitam deserere et apud abbatiam Savigneii monachilem habitum sumere volens, antequam probationem intraret, concedentibus nepotibus suis Petro Anglicus et duobus fratribus suis Roberto et Willermo, concedente etiam Ruchata sorore sua et Roberto Rufaldo marito ipsius et fillis ipsorum Guillermo et Ranulfo, dedit in perpetuam elemosinam sine ulla retentione totum feodium suum de parrochia Savigneii, in terris et hominibus et ecclesia et decimis et molendino et in omnibus omnino rebus. Supradicti autem propinqui ipsius Ricardi, Petrus scilicet Anglicus et fratres ejus Robertus et Guillermo et Robertus Rufaudus et filii ejus Guillermo et Ranulfus, juraverunt super sanctum evangelium quod de omnibus rebus quas Ricardus Bastardus et Maria neptis ipsius abbatie Savigneii donaverant nullam deinceps omnino calumpniam vel querelam monachis Savigneii inferrent, immo contra omnes homines, se necesse esset, pro viribus suis et labore et opera tamen sine pecunia impensa defendenter. Hoc autem prius factum est in novo scriptorio Savigneii ubi et Petrus Anglicus et Robertus Rufaudus et Guillermo filius ejus prius predictum juramentum fecerunt. Robertus autem de Tribus Spicis frater Petri Anglici ibi postea idem juramentum fecit, presente abbate et quibusdam monachis et Petro fratre ejus et Guillermo Avenel et Roberto filio ipsius et Passegant. Guillermo etiam frater Petri Anglici concessit predictas donationes in capitulo. Postea vero apud Moretonium in curia regis coram Roberto Buccherel et baronibus recordatum est ubi iterum Petrus Anglicus et Robertus Rufaudus et filii ejus Guillermo et Ranulfus jus suum in predicto feodo quod Ricardus Bastardus et Maria neptis ipsius monachis Savigneii dederant totum penitus dimisserunt, ubi tamen Robertus Rufaudus et filii ejus predictum juramentum fecerunt. Petrus vero Anglicus non quidem ibi fecit sed antea se fecisse confessus est. Habuit autem Petrus Anglicus pro supradicta concessione a Ricardo Bastardo avunculo suo partem suam de feodo Landevici, scilicet unam masuram in cimiterio Landevici et dimidiam terram que vocatur Macerie et medietatem quarterii quod vocatur quarterium Bastardi. A monachis autem habuit unam masuram in cimiterio Landevici et I nigrum equum et propter moltam illius partis ejusdem terre que ad monachos pertinebat, quam moltam ipse calumpniabatur et propter duas acras de Cormailleria quas similiter calumpniabatur, XX cenomannensium. Robertus autem Rufaudus habuit inde a Ricardo Bastardo equum suum et edificia domus sue, a monachis autem C solidos cenomannensium, uxor illius IV vacas et filius eorum

Guillelmus I pullum. Insuper et monachi acquietaverunt Ricardum de omnibus debitibus suis que computata inventa sunt IX libre et sex solidi. Predictus etiam Ricardus terram ipsam quam jam monachis dederat posuit postea in manu Ranulfi domini Filgeriarum ut eam abbatii donaret et dominus Radulfus dedit eam abbatii Savigneii, presente ipso Ricardo. Testibus istis Guillelmo abate Filgeriensi, Juhello canonic, Guillelmo Andegavensi, Guillelmo priore Savigneii, Bernardo, Petro, Hamone, Gaufrido redonensi, Ricardo et Petro, monachis et multis aliis. Hec omnia qui a presente Radulfo domino Filgeriarum et comprimante, acta sunt, ut universe hujus actionis tenor ad posteriorum noticiam, sullata omni reclamandi contradicendique occasione, perveniret, ipse Radulfus dominus Filgeriarum presentium litterarum monumentum sua auctoritate et sigilli sui impression communivit. Anno ab Incarnatione Domini MCLXIII mense decembri. Testibus istis Guillelmo abbate Filgerensi et ceteris suprascriptis.